

sula sicut iuste lata est confirmate facienda parte vertebatur ex altera, legitime processissem et electionem in praeposituram monasterii in Lipezk praedicti de quodam alio canonico eiusdem monasterii per priorem et conventum praedictos pendente lite et causa huiusmodi coram me factam et per reverendum dominum Mersburgensem .. episcopum confirmatam omniaque et singula, quae pendente lite et causa huiusmodi in praedictum dicti domini Vlrici praepositi fuerunt attemptata seu innovata, cassando revocando annullando irritando cassaque et irrita fore per meam interlocutoriam pronuntiasset, pro parte dictorum .. prioris et .. conventus quaedam appellatio in scriptis mihi oblata fuit et insinuata per omnia in haec verba: Cum appellationis praesidium in oppressorum remedium dinoscatur — — subiiciens me et dominos meos antedictos ac statum causae praesentis protectioni sedis antedictae (No. 128). Cui quidem appellationi ego Nicolaus officialis et iudex supradictus tanquam manifeste frivolae non detuli nec etiam duxi deferendum, dans praefato dictorum prioris et conventus procuratori hanc meam responsionem pro apostolis refutatoriis sigillo .. offic. curiae Magdeburgensis praedictae communitam sub anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono die XX^{ma} mensis Decembris.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Siegel an einem Pergamentstreifen.

No. 130. 1370. 15. März.

Johannes von Martpurg, Thesaurar der Magdeburger Kirche und Commissar des Erzbischofs Albert von Magdeburg befiehlt den Pfarrgeistlichen zu Lommatzsch, Dahlen und St. Gotthard den innerhalb ihrer Parochien verweilenden Bruder Ulrich von Maltitz, vordem Probst zu St. Thomas persönlich oder durch öffentliche Aufforderung von den Kanzeln zu veranlassen, am 1. April vor ihm in Halle zu erscheinen, um die Cassation der von dem Official Nicolaus von Giezin veranlassenen prozessualischen Vornahmen anzuhören oder rechtsbegründeten Einspruch gegen diesen Act zu erheben.

Johannes de Martpurg thesaurarius ecclesiae Magdeburgensis commissarius ad infrascripta a reverendissimo in Christo patre ac domino .. domino Alberto sanctae Magdeburgensis ecclesiae archiepiscopo a sede apostolica delegato specialiter deputatus honorabilibus viris et discretis plebanis et ecclesiarum rectoribus in Lomacz, in Dolen et sancti Godehardi Misnensis diocesis salutem in domino et mandatis nostris immo verius apostolicis firmiter obedire. Quamvis iam dudum dictus dominus noster archiepiscopus vigore commissionis a dicta sede apostolica sibi factae receperit in mandatis, ut diffinitivam sententiam privationis et destitutionis contra discretum virum fratrem Vlricum canonicum regularem olim praepositum conventus monasterii opidi Liptzk ordinis sancti Augustini Mersburgensis diocesis per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Fredericum episcopum Mersburgensem latam et promulgatam ex eo et pro eo quod bona dicti monasterii in Liptzk dilapidaverit nonnullaque alia crimina commiserit in sententia diffinitiva tunc expressa, propter quae a regimine et amministrazione dicti monasterii privatus existit iustitia exigente per dictam sententiam sicut iusta est, faceret auctoritate apostolica usque ad satisfactionem